

dō; Adquā paulus dixit; Obsecro autem vos fr̃s
per misericordiam dī exhibere corpora ur̃a
hostiam viuam. sc̃m dō; Male ergo sacrificium
diuiserunt. ecclesie membra lacerando; Illos
quoq. percellit ista sententia. quia animam ra
tionabilem ab incarnationis dominice segre
gant sacramento. naturam hominis ab homi
ne separare cupientes; Cū isti fortasse recte
offerunt trinitatē. sed rationē nesciunt na
ture humane. diuineq. distinguere; Dī enī
simplex natura ē. homo ex anima rationabili
constat & corpore; Si alterū tollas. totam na
turam hominis sustulisti; Aduersus omnes
igitur hereses. ista sententia ē. quę fraterno
nomine. non fraterne ecclesiam persequunt̃;
Siquidem sub optione nominis xp̃iani. & qua
dam nuncupatiua fidei germanitate. patri
cidalibus gladiis nos cupiunt vulnerare; Quia
conuersatio nr̃a dō est. & dominantur nobis
in seculo peccatores; Peccator enim domina
tur in seculo. iustus in dī regno; Caueamus